

IVLII
CAPITOLINIAN

TONINVS PIVS.

EIVSDEM


Antoninus Philo-
sophus.



P A R I S I I S

apud collegium Sorbonæ.

M. D. XXX.



IVLII
CAPITOLINIAN-
TONINVS PIVS.

EIVSDEM
Antoninus Philo-
sophus.



P A R I S I I S
apud collegium Sorbonæ.

M. D. XXX.

IVLII

CAPITOLINI ANTONI-
nus Pius, ad Diocletianum
Augustum.



ITO AVRELIO
Fulvio Boionio An-
tonino Pio, paternū
genus è Gallia trans
alpina, Nemaufense scilicet, auus
Titus Aurelius Fulvius, qui per
honores diuersos ad secundum cō
sulatum & præfecturam urbis p̄
uenit. Pater Aurelius Fulvius, qui
& ipse fuit consul, homo tristis et
æger: Auia materna Bouinia Pro
cilla, mater Arria Fatidilla. Auus
maternus Arrius Antoninus, bis
A 2 consul

consul, homo sanctus, & qui Ner-
uam miseratus esset, quod impera-
re coepisset. Soror uterīa Iulia Fa-
dilla. Vitricus Iulius Lupus con-
sularis. Socer Annius Verus.
Vxor Annia Faustina. Filij ma-
res duo, duæ fœminæ. Gener per
maïorem filiam, Lamia sylanus,
per minorem, Marcus Antoninus
fuere. Ipse Antoninus Pius, natus
est tertio decimo calen. Octobres,
sub Domitiano duodecimo, & Cor-
nelio Dolabella consulibus, in uil-
la Laurina educatus Lori in Aure-
lia: ubi postea palatium extruxit,
cuius hodieq; reliquiæ manent.
Pueritiã egit cū auo paterno,
mox cum materno, omnes suos
religiose colens: atq; adeo & con-
sobrinorum & uitrici, & multo-
rum

Mox, p
deinde.

rum affinium hæreditate ditatus
est. Fuit uir forma conspicuus, in-
genio clarus, moribus clemens, no-
bilis uultu, et placidus ingenio,
singularis eloquentiæ, nitidæ lite-
raturæ, præcipue sobrius, diligens
agri cultor, mitis, largus, alieni ab-
stinens, & omnia hæc cum men-
sura & sine iactantia. In cunctis po-
stremo laudibilis, & qui merito
Numæ Pompilio ex bonorū sen-
tentia comparatus, Pius cognomi-
natus est à senatu: uel quod soce-
rum fessa iam ætate, manu presen-
te senatu leuauerit (Quod quidē
non satis magnæ pietatis est argu-
mētum, cum impius sit magis qui
ista non faciat, quā pius qui debi-
tū reddat) Vel quod eos quos
Hadrianus per malam ualetudi-

A 3 nem

nē occidi iusserat, reseruauit. Vel quod Hadriano contra omnium studia, post mortem infinitos atq; immensos honores decreuit. Vel quod cum se Hadrianus interimere uellet, ingenti custodia & diligentia fecit, ne id posset admittere. Vel quod uere natura clementissimus, & nihil temporibus suis asperum fecit. Idem foenus trientariū, hoc est, minimis usuris exerceuit, ut patrimonio suo plurimos adiuuaret. Fuit quaestor liberalis, praetor splendidus, consul cū Catilio Seuero. Hic in omni uita priuata in agris frequentissime uixit: sed clarus in locis omnibus fuit. Ab Hadriano inter quatuor consules, quibus Italia committatur, electus est ad eam partem Italiae

Trientariū
foenus.

Italiae regendam, in qua plurimū possidebat, ut Hadrianus uiri talis & honori consulere & quieti. Huic cum Italiam regeret, imperij omen factum est. Nam cum tribunal ascendisset, inter alias acclamationes dictum est, Auguste, dii te seruent. Proconsulatum Asiae sic egit, ut solus auum uinceret. In proconsulatu etiam sic imperij omen accepit. Nam cum sacerdos foemina Trallis ex more proconsules semper hoc nomine saluaret, nō dixit, Aue proconsul, sed aue imperator. Ciliciae etiam de simulachro dei ad statuam eius corona translata est. Et post consulatū in uiridario taurus marmoreus, cornibus ramis arbori accrescentibus, appensus est. Et fulgur caelo sereno

A 4 sine

sine noxa in eius domū uenit . Et in Hetruria, dolia quæ defossa fuerāt, supra terram reperta sunt. Et eius statuas in omni Hetruria examen apum repleuit. Et somnīo sæpe monitus se penitus eius Hadriani simulachrum inserere. Proficiscens ad proconsulatū, filiam maiorem amisit. De huius uxore multa dicta sunt ob nimiam libertatem & uiuendi facilitatē, quæ iste cum animi dolore compressit. Post proconsulatū, in cōsilijs Hadriani Romæ frequēs uixit, de omnibus de quibus Hadrianus consulebat, mitiorē sententiā semper ostendēs. Genus sanè adoptionis tale fertur. Mortuo Aelio uero, quē sibi Hadrianus adoptauerat, & Cæsarē nūcupauerat, dies senatus habebatur,

cur. Eo Arrius Antoninus soceri uestigia leuans uenit, atq; iccirco ab Hadriano dicitur adoptatus, quā causa sola esse adoptionis, nec potuit omnino, nec debuit: maxime cū & semper Rempub. bene egisset Antoninus, & in proconsulatu se sanctum grauemq; præbuisset. Ergo cum eū Hadrianus adoptare se uelle publicasset, acceptū est spacium deliberandi, utrū arrogari ab Hadriano uellet. Adoptionis lex huiusmodi data est: ut quēadmodū Antoninus ab Hadriano adoptabatur, ita sibi ille adoptaret M. Antoninum fratris uxoris suæ filiū, & L. Verum, Aelij Veri qui ab Hadriano adoptatus fuerat filiū, qui postea uerus Antoninus est dictus. Adoptatus est v. cal. Mar.

Leuare
uestigia
p̄ æqua-
re seu de-
lere.

die

die in senatu gratias agens, q̄ de se ita sensisset Hadrianus, factusq̄ est patri & imperio p̄cōsulari & in tribunitia potestate collega. Huius primū hoc fertur: quod cū ab uxore argueretur quasi parū, ne scio quid suis largiēs, dixerit, Stultitia posteaq̄ ad imperium transiimus, & illud qd̄ habuimus añ perdidimus. Congiarium militibus ac populo de proprio dedit, & ea q̄ pater promiserat. Et ad opera Hadriani plurimum contulit et aurum coronariū, quod adoptionis suæ causa oblatum fuerat, Italicis totū, mediū prouincialibus reddidit. Et patri quoad uixit, religiosissime paruit, sed Hadriano apud Baïas mortuo, reliquias eius Romā peruexit. Sancte ac reuerēter, atq̄

in

6

in hortis Domitiæ collocauit, etiā repugnantibus cūctis, inter diuos eū retulit. Vxorem Faustina, Augustam appellari à senatu permisit. Pij appellationem recepit. Patri & matri atq̄ auis & fratribus iam mortuis, statuas decretas libēter accepit. Circēses natali suo dicatos non respuit. Alijs honoribus refutatis, clypeum Hadriano magnificētissimū posuit, & sacerdotes instituit. Factus imperator nulli eorū, q̄s Hadrianus prouexerat, successorē dedit. Fuitq̄ ea cōstantia, ut septenis & nouenis annis in puic̄is bonos p̄sides detineret. Per legatos suos plurima bellageffit. nā et Britānos p̄ Lolliū urbicū legatū uicit, alio muro cespitio submotis barbaris ducto, et Mau-

ros

ros ad pacē postulandā coegit: & Germanos & Dacos, & mltas gētes atq; Iudæos rebellātes cōtudit per præfides ac legatos. In Achaia etiā atq; Aegypto rebelliones repressit. Alanos molientes sæpe refrenauit; procuratores suos modeste suscipere tributa iussit: excedētes modum, rationē factorum suorū reddere præcepit: nec unquam lætatus est lucro, quo prouincialis oppressus est. Cōtra procuratores suos conquerentes libenter audiuit. His quos Hadrianus damnauerat, in senatu indulgētias petiūt, dicēs etiā ipsum Hadrianum hoc fuisse facturum. Imperatoriū fastigiū ad summā ciuilitatē deduxit. Vnde plus creuit recusantibus aulicis ministris, q̄ illo nihil p̄ internūcios

Indulgētia, pro uenia.

nūcios agente, nec terrere poterāt homines aliquādo, nec ea que occulta nō erant uendere. Senatui tātū detulit imperator, quātū cū priuatus esset deferrī sibi ab alio principe optauit. Patris patriæ nomē delatum à senatu, quod primo dīstulerat, cum ingenti gratiarū actioe suscepit. Tertio anno imperij sui Faustina uxorem perdidit, quæ à senatu consecrata est, delatis Circensibus atq; tēplo, & flaminicis & statuīs aureis atq; argenteis: cum etiam ipse hoc concesserit, ut imago eius cunctis Circensibus poneretur. Statuam aureā delatā à senatu positam suscepit. M. Antoninū q̄storē, cōsulē petente senatu creauit. Annium Verū, qui postea dīctus est Antoninus, ante

Gratiarū actio.

ante tempus quæstorem designauit: neq; de prouincijs, neq; de ullis actibus quicq; constituit, nisi quod prius ad amicos retulit: atq; ex eorū sentētia formas cōposuit. uisus est sanè ab amicis, & cū priuatis uestibus, & domestica quædā gerēs. Tanta sane diligētia subiectos sibi populos rexit, ut omnia et omnes quasi sua essent, curaret. Prouinciæ sub eo cunctæ floruerunt. Quadruplatores extincti sunt. Publicatio honorū rarior, q̄ unquam fuit, ita ut unus tantum proscriberetur affectatæ tyrānidis reus, hoc est, Attilius Titianus senatu puniēte, à q̄ conscios requiri uetuit, filio eius ad omnia semper adiuto. Perijt & Priscianus reus affectatæ tyrānidis, sed morte uolūtaria

De qua

De qua coniuratione queri uetuit. Victus Antonini Pij talis fuit, ut esset opulētia sine rephensione, parsimonia sine sordibus, & mēsa eius per proprios seruos, proprios aucupes, piscatores & uenatores instituerēt. Balneū, quo usus fuisset, sine mercede populo exhibuit: nec omnino quicq; de uitæ priuatae qualitate mutauit. Salaria multis subtraxit, quos otiosos uidebat accipere, dicens, Nihil esse fordidius, imo crudelius, q̄ si Rēpublicā ij arroderent, qui nihil in eam suo labore conferrent. Vnde etiā Mesomedij lyrico salariū immiuit. Rationes omnium prouinciarum apprime sciuit & uestigialium: patrimonium priuatum infliam contulit. Sed fructus Reipublicæ

publice donauit . Species impe-
ratorias superfluas & prædia uen-
didit: & in suis proprijs fundis ui-
xit varie ac pro temporibus: nec
ullas expeditiões obiit, nisi quod
ad agros suos pfectus est ad Cam-
paniam, dicens grauem esse pro-
uincialibus comitatum principis
etiam nimis parci, & tamen ingē-
ti autoritate apud omnes gentes
fuit cum in urbe propterea sede-
ret, ut undiq; nūtiōs medijs, ut po-
te citius posset accipere. Congiari-
um populo dedit, militibus dona-
tium addidit. Puellas alimenta-
rias in honorem Faustinae, Fausti-
nianas constituit. Opera eius hæc
extant Romæ, Templum Hadri-
ani honori patris dicatū, Græco-
stadium post incendium restitui-
tum,

Alimen-
tarij, qui
publici
eius alun-
tur.

tum, instauratum amphitheatrū,
sepulchrum Aadriani, templum
Agrippæ, pons sublicius, Phari re-
stitutio, Caietæ portus, Tarraci-
nēsis portus restitutio, lauacrum
Ostiense, Antiatum aquæ ductus,
templa Lauiniana, Multas etiam
ciuitates adiuuit pecunia, ut ope-
ra uel noua facerent, uel uetera re-
stituerēt: ita, ut & magistratus ad-
iuuarent, & senatores urbis ad-
functiones suas. Hæreditates eo-
rum qui filios habebant, repudia-
uit. Primus constituit ne poenæ
causa legatum relictum maneret:
successorem uiuenti bono iudici
nulli dedit, nisi Orphito præfecto
urbī, sed petēti. Nam Gaius Ma-
ximus præfectus pretoriū usq; ad
XX. annū, sub eo peruenit, uir seue-
B rissimus,

rissimus , cui Tatius Maximus
 successit. In cuius demortui locū,
 duos præfectos substituit , Fabiū
 Repentinum & Cornelium Vi-
 ctorium. Sed Repentinus famosa
 uoce percussus est, quod per con-
 cubinam principis ad præfecturā
 uenisset. Usque adeo sub eo nul-
 lus percussus est senator, ut etiam
 parricida cōfessus, in insula deser-
 ta poneretur : quia uiuere illi na-
 turæ legibus nō licebat: Vini, oli-
 lei, & tritici penuriam, per ærarij
 sui damna emēdo, & gratis popu-
 lo dādo, sedauit. Aduersa eius tē-
 poribus hæc prouenerūt : Fames
 de qua diximus, circi ruina, terræ
 motus, quo Rhodiorum, & Asiæ
 oppida cōciderūt: quæ omnia mi-
 rifice iustaurauit, Et Romæ incē-
 dium,

dium, quod trecentas quadragin-
 ta insulas uel domos absumpsit.
 Et Narbonēsis ciuitas & Antio-
 chense oppidū & Carthaginense
 forum arsit. Fuit & inundatio Ti-
 beris. Apparuit & stella crinita.
 Natus est & biceps puer , & uno
 partu mulieris quinque pueri editi
 sunt. Visus est in Arabia iubatus
 anguis maior solitis, qui se à cauda
 mediū comedit. Lues etiā in Ara-
 bia fuit. Hordeū in Mœsia in cul-
 minibus arborū natū est. Quatuor
 p̄terea leones māfueti, spōte se ca-
 piēdos in Arabia præbuerūt. Pha-
 rasmanes rex ad eū Romā uenit,
 plusq̄ illi q̄ Hadriano detulit. Pa-
 corū regē Ladijs dedit. Parthorū
 regē ab Armeniorū expugnatione
 solis literis repulit. Abagarū regē

Insulæ,
 potentū
 domus.

ex oriētis partibus sola autoritate deduxit. Causas regales terminauit. Sellā regiā Parthorū regi repetēti, quam Traianus ceperat, pernegauit. Rimethalcem in regnum Bosphoranum audito inter ipsum & curatorem negotio, remisit. Olbiopolitis contra Tauroscythas in pontum auxilia misit: & Tauroscythas usq; ad dādos Olbiopolitis obsides uicī. Tātum sanē autoritatis apud exterās gentes nemo habuit, cum semper amauerit pacē, eousq; ut Scipionis sententiam frequētārit, qua ille dicebat, Malle se unum ciuem seruare, q̄ mille hostes occidere. Menses, Septembrem atq; Octobrem, Antoninum atq; Faustinum appellandos decreuit senatus,

Vox re-
ge digna

tus, sed id Antoninus respuit. Nuptias filiae suae Faustinae, cū Marco Antonino eam coniungeret, usq; ad donatiuum militum celeberrimas fecit. Verum Antoninum post quæsturam consulem fecit. Cum Apolinium quem Chalcide acciuerat ad Tyberianam domum, in qua habitabat, uocasset, ut ei M. Antonium traderet, atq; ille dixisset, Non magister ad discipulum debet uenire, sed discipulus ad magistrum, risit eum dicēs, Facilius fuit Apolonio à Chalcide Romā uenire, q̄ à domo sua in palatium, cuius auaritiam etiā mercedibus notauit. Inter argumenta pietatis eius & hoc habetur, quod cum Marcus mortuum educatorem suum fleret, uocareturq; ab

B 3 aulicis

aulicis ministris ab ostentatione pietatis, ipse dixerit. Permittite, inquit, illi ut homo sit: necq; em̄ uel philosophia, uel imperiū tollit affectus. Præfectos suos & locupletauit, & ornamenti consularibus donauit, Si quos repetundarū dā nauit, eorū liberis bona paterna restituit, ea tñ lege, ut illi puincialibus redderēt qđ parētes acceperāt. Ad indulgētias p̄nissimus fuit. Edita munera, in quibus elephātos, & crocotas, & tigrides, & rhinocerotas, & crocodilos etiā atq; hippopotamos, & omnia ex toto orbe terrarū cū tigridibus exhibuit. Centū etiā leones una missione edidit. Amicis suis in imperio suo nō aliter usus est q̄ priuatus: quia & ipsi nunq; de eo cū libertis suis per fumū aliquid uendiderūt:

Indulgētia, pro remissio

*Ex Hyeme col. ne.
tu. Iena. Crocotam parit
uoces hominum, et prope
imitantem, et 5 apud
Plinium nepos
Equi marini*

liquidem libertis suis seuerissime usus est. Amauit histrionū artes, piscādo se & uenādo multū oblectauit, & deambulatione cū amicis atq; sermone. Vindemias priuati modo cū amicis agebat. Rhetoribus & philosophis per oēs puincias & honores & salaria detulit. Orationes pleriq; alienas esse dixerūt, quæ sub eius nomine feruntur: Marius Maximus eius prias fuisse dicit. Cōiuiua cū amicis, & priuata cōmunicauit & publica: nec ullū sacrificiū per uicariū fecit, nisi cū æger fuit. Cū sibi & filijs honores peteret, oīa quasi priuatus fecit, frequētauit & ipse amicorū suorū cōiuiua. Inter alia etiā hoc ciuilitatis eius præcipuū argumentum est, quod cū domū.

Omuli uifens , miransque colum
nas porphyreticas , req̄sisset unde
eas haberet, atq̄ Omulus ei dixit
set, Cum in domum alienam ue-
neris, & mutus & surdus esto, pa-
tiēter tulit. cuius Omuli multa io-
ca semper patiēter accepit. Multa
de iure sanxit, ususq̄ est iuris pe-
ritis, Vindio Vero, Saluio Valē-
te, Volusio Metiano, Vlpio Mar-
cello, & Iaboleno. Seditioes ubi-
cunq̄ factas non crudelitate , sed
modestia & grauitate compres-
sit. Intra urbes sepeliri mortuos
uetuit. Sumptum muneribus gla-
diatorijs instituit. vehiculariū cur-
sum summa diligētia subleuauit.
Omnium quæ gessit, & in senatu
& per edicta rationem reddidit.
Perijt anno septuagesimo: sed qua
si adolescēs

si adolescēs desideratus est. Mors
autem eius talis fuisse narratur:
Cum Alpinum caseum in coena
edisset auidius , nocte reiectauit,
atq̄ alia die febre commotus est.
Tertia die cū se grauari uideret,
M. Antonino rempublicam & fi-
liam præsentibus præfectis com-
mendauit, fortunamq̄ aureā quæ
in cubiculo principum poni sole-
bat, transferri ad eum iussit, si gnū
tribuno æquanimitatis dedit, atq̄
ita conuersus quasi dormiret, spiri-
tum reddidit. Apud Lorium alie-
natus in febris , nihil aliud quā de
republica , & de his regibus qui-
bus irascebatur, locutus est. Priua-
tum patrimonium filix reliquit.
Testamento autē omnes suos le-
gatis idoneis prosecutus est. Fuit
statura

statura eleuata decorus. Sed cum
 esset longus & senex, incuruare-
 turq̄, tiliaceis tabulis in pectore
 positis fasciatur, ut rectus ince-
 deret. Senex etiam antequam sa-
 lutatores uenirent, panem siccum
 comedit ad sustentandas uires.
 Fuit uoce rauca & sonora. Cum
 iucunditate à senatu diuus est ap-
 pellatus, cunctis certatim admittentibus: cum omnes eius pietatē,
 clementiam, ingenium, sanctimo-
 niam laudarēt, decreti etiam sunt
 omnes honores, qui optimis prin-
 cipibus antè delati sunt. Meruit
 & Flaminem & Circenses & tē-
 plū & sodales Antoninianos: so-
 lusq̄ omnium propè principum
 prorsus sine ciuili sanguine & ho-
 stili, quantū ad seipsum pertinet,
 uixit;

uixit: & qui rite comparetur Nu-
 mæ, cuius felicitatem, pietatemq̄
 & securitatē, ceremoniasq̄ sem-
 per obtinuit.

I V L I I C A P I T O L I N I
 M . A N T O N I N V S
 P H I L O S O P H V S .



Arco Antonino in
 omni uita philoso-
 phanti uiro, & q̄ san-
 ctitate uitæ omnibus
 principibus antecel-
 lit, pater Annius Verus, qui in
 prætura decessit, Auus Annius
 Verus, iterum consul & præfe-
 ctus urbi, adscitus in patritios à
 principibus, Vespasiano & Tito cō-
 soribus, Patruus Annius Libo cōsul
 Amita

Amata Galleria Faustina Augu-
sta, mater Domitia Caluilla, Cal-
uissij Tulli bis consulis filia, Pro-
auus paternus Annius Verus p̄-
torius ex succubitano municipio,
ex Hispania factus senator, Pro-
auus maternus Catilius Seuerus
bis cōsul & præfectus urbi, Auia
paterna Rupilia Faustina, Rupi-
lij Boni consularis filia, fuere. Na-
tus est Marcus Romæ, sexto cal-
Maías in monte Celio in hortis,
auo suo iterum & Augure consu-
libus. Cuius familia in originem
recurrens, à Numa probatur san-
guinem trahere, ut Marius Max.
docet. Item à rege Salentino Ma-
lennio Dasummi filio, qui Lupias
condidit. Educatuſ est in eo loco
in quo natus est, & in domo aui
fui

Trahere
sanguinẽ
pro duce
re genus

fui Veri iuxta ædes Laterani, Ha-
buit & sororem natu minorem
Anniam Cornificiam: vxorẽ An-
niam Faustinaſ consobrinã suã.
M. Antoninus p̄cipio aui sui no-
men habuit, & Catilij Seueri ma-
terni proaui. Post excessum uero
patris ab Hadriano Annius ve-
rissimus uocatus est: post uirilem
autem togam, Annius Verus: pa-
tre mortuo, ab auo paterno ado-
ptatus est & educatus. Fuit à pri-
ma infantia grauis. At ubi egres-
sus est annos, qui nutricum fouẽ-
tur auxilio, magnis præceptorib-
us traditus, ad philosophiã scita
peruenit. Usus est magistris ad
prima elementa Euphorione lite-
ratore, & Gemino comædo, mu-
sico Androne, eodemq; geometra.
quibus

Litera-
tor, q do-
cet prima
elemẽta.

quibus omnibus ut disciplinarum autoribus plurimū detulit. Vfus præterea grāmaticis Græco Alexandro, quotidianis latinis Trofio Apro, & Pollione, & Eutychio Proculo Siccēfi. Oratoribus ufus est, Græco Annio Macro, caninio celere, & Herode Attio, Collatino, Frōtone Cornelio. Sed multum ex his Frontoni detulit, cui & statuam in senatu petijt. Proculum uero usq; ad proconsulatum prouexit. Honoribus in se receptis, philosophiæ operā uehemēter dedit, & quidem adhuc puer. Nam duodecimum annum ingressus, habitū philosophi sumpsit: & deinceps tolerantiam, cum studeret in pallio, & humi cubaret, uix autem matre agente, in strato

Alias
Attico,
Latino
Fron.

strato pellibus lectulo accubaret. Vfus est etiam Commodo magistro, cuius ei affinitas fuerat destinata. Vfus est & Appollonio Chalcedonio Stoico philosopho. Tantum autē studium in eo philosophiæ fuit, ut adscitus iam in imperatoriam dignitatem, tamē ad domum Apollonij discendi causa ueniret. Audiuit & Sextum Cheronensem Plutarchi nepotem, Iunium Rusticum, Claudium Maximum, & Cinnam Cautullum, Stoicos. Peripateticæ uero studiosos audiuit Claudium Seuerum, & præcipue Iunium Rusticum, quem & reueritus est & sectatus: q̄ domi militiæq; pollebat disciplinæ peritissimū cū q̄ omnia

Plutar-
chus
Chero-
nensis.

omnia communicavit publica priuataque consilia. Cui etiam ante praefectos praetorio semper osculum dedit: quem & consulem iterum designauit, cui post obitum à senatu statuas postulauit. Tantum autem honoris magistris suis detulit, ut imagines eorum aureas in larario haberet, ac sepulchra eorum aditu, hostijs, floribus semper honoraret. Studuit & iuri, audiens L. Volusium Metianum: tantumque operis & laboris studijs impendit, ut corpus afficeret, atque in hoc solo pueritia eius reprehenderetur. Frequenter & declamatorum scholas publicas: Amauitque ex condiscipulis praecipuos senatorij ordinis Seium Fuscianum & Aufidium Victorinum: ex equestri Bebium Longum

Afficeret
pro affligeret.

Longum & Calenū, in quos maxime liberalis fuit: & ita quidem, ut quos non posset ob qualitatem uitae Reipublicae praeponeere, locupletatos teneret. Educatus est in Hadriani gremio, qui illum, ut supra diximus, Verissimum nominabat: & qui ei honorem etiam publicis xenijs detulit. Octauo aetatis anno in Saliōrum collegium retulit. In Saliatu omen accepit imperij, coronas omnibus in puluinar ex more iaciētibus, aliae alijs locis haeserunt, huius uelut manu, capiti Martis aptata est. Fuit in eo sacerdotio & praeful et uates & magister, et multos inaugurauit atque exaugurauit, nemine praeeunte, quod ipse carmina cuncta didicisset. ^{exaugurare,} Virilem togam sumpsit quintodecimo
C aetatis

ætatis anno, statimq; ei L. Ceionij
 Cōmodi filia despōsata est ex Ha
 driani uoluntate. Nec multo post
 præfectus feriarū latinarū fuit. In
 q̄ honore p̄clarissime se pro magi
 stratibus agentē, & in cōuiujs Ha
 driani p̄ncipis ostēdit. Post hoc
 patrimonium paternū sorori totū
 cōcessit, cū eum ad diuisionem ma
 ter uocaret, respondit auī bonis se
 esse contētū: addens, ut et mater si
 uellet, in sororem suū patrimoniu
 conferret, ne inferior esset soror
 marito. Fuit autē ea uitæ indulgē
 tia, ut cogeretur nōnunq̄ uel in ue
 nationes pergere, uel in theatrum
 descēdere, uel spectaculis īteresse.
 Operā præterea pingēdo sub ma
 gistro Diogeneto dedit. Amauit
 pugilātium luctamina, & cursum
 &

Dedit o-
 perā pin-
 gēdo, no
 ue dixit.

et aucupatus, et pila lusit apprime
 & uenatus est. sed ab omnibus his
 intentionibus studiū eum philoso
 phiæ abduxit, seriūq; & grauem
 reddidit: nō tñ prorsus abolita in
 eo comitate, quā p̄cipue suis mox
 amicis atq; etiam minus notis ex
 hibebat: cū frugi esset sine cōtuma
 cia, uerecūdus sine ignauia, sine tri
 stitia grauis. His ita se habentibus,
 cū post obitum L. Cæsaris, Hadria
 nus successorē imperij q̄reret, nec
 idoneus, utpote decem & octo an
 nos agens, Marcus haberetur, ami
 tæ Marci uirū Antoninum Pium
 Hadrianus ea lege in adoptionem
 legit, ut sibi Marcum Pius adopta
 ret: ita tamē, ut et Marcus sibi Lu
 cium Commodum adoptaret.
 Sane ea die qua adoptatus est,
 C 2 Verus

Verus in somnis se humeros eburneos habere uidit: sciscitusque an apti essent oneri ferundo, solido reperit fortiores. Vbi autē cōperit se ab Hadriano adoptatum, magis est deterritus q̄ lætatus. Iussusq̄ in Hadriani priuatā domum migrare, inuitus de matris hortis recessit. Cūq̄ ab eo domestici quærent, cur tristis in adoptionem regiam transiret, disputauit, quæ mala in se cōtineret imperium. Tunc primum pro Annio Aurelius cœpit uocari, q̄ in Aureliani, hoc est, Antonini adoptionis iura transfisset. Octauodecimo ergo ætatis anno adoptatus, in secūdo cōsulatu Antonini iam patris sui, Hadriano ferente, gratia ætatis facta, quæstor est designatus.

Migrare domum priuatā.

Gratia ætatis, p̄ eo quod dicimus dispensatio.

gnatus. Adoptatusq̄ in aulicam domum, omnibus parentibus suis tantam reuerentiam, quantam priuatus exhibuit. Eratq̄ haud secus rei suæ, quā in priuatā domo parcus ac diligēs, pro instituto patris uolens agere, dicere, cogitare. Hadriano Bañs absumpto, cum Pius ad uehendas eius reliquias esset p̄fectus, relictus Romæ, auo iusta impleuit. Et gladiatorū quasi priuatus quæstor edidit munus. Post excessum Hadriani statim Pius per uxorem suam Marcum sciscitatus est, & cum dissolutis sponsalibus, quæ cum Lucij Ceionij Cōmodi filia despōderi uoluerat, impar adhuc ætati esset, habita deliberatione, cogitare uelle se dixit. His ita gestis, adhuc quæstorē & c 3 cōsulē

Impleuit pro præstitit, aut exoluit. Sciscitatus est Marcum pro e Marco.

consulem secum Pius Marcū designauit, & Cæsaris appellatione donauit: & seuerū turmis equitū Romanorum iā cōsulem designatum creauit: Et edenti cum collegis ludos seuirales adfedit, & in Tiberianā domū transgredi iussit, & aulico fastigio renitētē ornanit & in collegia sacerdotū iubēte senatu recepit: secundū etiā consulem designauit, cum ipse quartum pariter iniret. Per eadē tempora cū tantis honoribus occuparetur, & cum formādus ad regendum statum Reipu. patris actibus interesset, studiā cupidissime frequētauit. Post hæc Faustīnā duxit uxore, & suscepta filia, tribunitia potestate donatus est: atq; imperio extra urbem proconsulari addito, iure

quintæ

quintæ relationis: tantumq; apud Pium ualuit, ut nūquam quenquā sine eo facile promouerit. Erat autem in summis obsequiis patris Marcus, q̄uis non deessent, qui aliqua aduersum eū insufurrarēt, & ^{Insufurrare.} præ cæteris Valerius Omulus, q̄ cum Lucillam matrem Marci in uiridario uenerantem simulachrū Apollinis uidisset, insufurravit: illa nunc rogat, ut diem tuum claudas, & filius imperet, quod omnino apud Pium nihil ualuit. Tanta erat Marci probitas, & tanta in imperatorio principatu modestia: Aestimationis autem tantam curam habuit, ut & procuratores suos puer semper moneret, ne quid arrogantius facerent, & hæreditates uelatas, red=

dens proximis aliquando respue-
rit. Denique per uiginti & tres
annos in domo patris ita uersatus,
ut eius quætidie amor cresceret: nec
præter duas noctes per tot annos
ab eo mansit diuersis uicibus. Ob
hoc Antoninus Pius cum sibi adesse
finem uitæ uideret, uocatis ami-
cis & præfectis, ut successorem cum
imperij omnibus commēdauit atque
firmauit, statimque signo æquanimi-
tatis tribuno dato, fortunam au-
reã, quæ in cubiculo solebat esse,
ad Marci cubiculum transire ius-
sit. Bonorum maternorum par-
tē Vuidio quadrato sororis filio,
quia illa iam mortua erat, tradi-
dit. Post excessum diui Pij à sena-
tu coactus regimen publicum ca-
pere, fratrem sibi participē in im-
perio

perio designauit: quæ Luciū Au-
relium Verum Commodum ap-
pellauit, Cæsaremque atque Augu-
stum dixit, atque ex eo pariter cœ-
perunt Rēpublicā regere. Tūcque
primum Romanū imperiū duos
Augustos habere cœpit licitū cum
alio participasset. Antoninū mox
ipse nomen recepit: & quasi pater
L. Commodi esset, & Verum eū
appellauit, addito Antonini nomi-
ne: filiamque suam Lucillam fratri
despondit. Ob hanc coniunctionē
pueros & puellas nouorum homi-
nū, frumētariæ præceptioni ascri-
bi præceperunt. Actis igitur quæ
agenda fuerant in senatu, pariter
castra prætoria petiuerunt, & ui-
cena milia nummum singulis ob
participatum imperiū militibus
promiserūt,

Duo Au-
gusti pri-
mum.

Principa-
tum, pro

communica-
 tum. Rata, p
 certa por-
 tione.

promiserunt, & cæteris pro rata:
 Hadriani autem sepulchro corpus
 patris intulerunt, magnifico exe-
 quiarū officio: mox iustitio secu-
 to publice quoq; funeris expeditus
 est ordo. Et laudauere uterq; pro
 rostris patrē, Flaminēq; ei ex affi-
 nibus, & sodales ex amicissimis,
 Aurelianos creauere. Adepti impe-
 rium, ita ciuilit̄ se ambo egerūt,
 ut lenitatē Pij nemo desyderaret,
 cū eos Marullus sui temporis mi-
 mographus cauillādo impune p-
 stringeret Funebre munus patri
 dederunt. Dabat se Marcus totum
 & philosophiæ, amorē ciuiū affe-
 ctās. Sed interpellauit istā felicit̄
 tē, securitatemq; imperatoris, pri-
 ma Tiberis inūdatio, quæ sub illis
 grauissima fuit: q̄ res & multa ur-
 bis

Sodales,
 quales
 nunc mo-
 nachii aut
 canonici.

bis ædificia uexauit, et plurimum
 animalium interemit, et famē gra-
 uissimā peperit. Quæ omnia mala
 Marcus & Verus sua cura & præ-
 sentia tēperarūt. Fuit eo tēpore eti-
 am Parthicum bellū, quod Volo-
 gesus paratū sub Pio, Marci & ve-
 ri tempore indixit, fugato Atidio
 corneliano, qui Syriam tunc ad-
 ministrabat. Imminebat etiam Bri-
 tannicum bellū, & Catthi in Ger-
 maniam ac Rhetiam irruperant,
 & aduersus Britannos quidē Cal-
 phurnus Agricola missus est, con-
 tra Catthos Aufidius Victorinus.
 Ad Parthicum uero bellum Se-
 natu consentiente, Verus frater
 eius missus est. Ipse Romæ re-
 mansit; quòd res urbanæ impe-
 ratoris præsentiam postularent.

Et

Et uerum quidē Marcus Capuā usque profecutus, amicis comitantibus ē senatu ornauit, additis officiorum omnium principibus. Sed cum Romam redisset Marcus, cognouissetq; Verum apud Canusium ægrotare, ad eum uidēdum contendit, susceptis in senatu uotis: quæ postea q̄ Romam redijt audita ueri transmissione, statim reddidit. Et Verus quidē postea quàm in Syriam uenit, in delicijs apud Antiochiam & Daphnen uixit, armisq; se gladiatorijs & uenatibus exercuit, cum per legatos bellum Parthicum gerens, impetator appellatus esset, cum Marcus horis omnibus Reipublicæ actibus incubaret, patienterq; delicias fratris & prope inuitus ac no-

lens

29.

lens ferret. Denique omnia quæ ad bellum erāt necessaria, Romæ positus & disposuit Marcus et ordinauit. Gestæ sunt res in Armenia prospere per Statium Priscum Artaxatis captis: delatumq; Armeniacum nomen utriq; principum. Quod Marcus per uerecundiam primo recusauit, postea tamen recepit. Profligato autē bello, uterq; Parthicus appellatus est. Sed hoc quoq; Marcus delatum nomē repudiauit, quod postea recepit. Patris patriæ autem nomen delatū fratre absente, in eiusdem præsentiam distulit: medio belli tempore & ciuicam patrum Veri & filiam suam nupturam, cōmissam sororis suæ curæ, eandem locupletatam, Brundisium usq; deduxit,

&

& ad eū misit. Romā uero statim redijt reuocatus eorū sermonibus qui dicebāt Marcū uelle finiti belli gloriā sibi uendicare, atq; iccirco in Syriā pficisci. Ad p̄consulē scribit, ne quis filiaē suā iter facienti occurreret. Inter hęc liberales causas ita muniuit, ut primus iuberet apud præfectos ærarij Saturni unūquēq; ciuium natos liberos p̄fiteri, intra tricesimum diem nomine imposto per prouincias. Tabulariorum publicorum usum instituit, apud quos idem de originibus fieret, quod Romæ apud p̄fectos ærarij: ut si forte aliquis in prouincia natus, causam liberalē diceret, testationes inde ferret: atque hanc totam legem de assertionibus firmauit, aliasq; de mēfarijs
& au

& auctiōibus tulit. senatum multis cognitionibus, & maxime ad se pertinentibus, iudicē dedit. De statu etiā defunctorum intra quinquennium quæri iussit: neq; quifquam principum amplius senatui detulit. In senatus autem honorificentiam, multis prætorijs & consularibus priuatis decidenda negotia delegauit, quo magis eorū cū exercitio iuris autoritas cresceret. Multos ex amicis in senatum allegit cum ædilitijs aut prætorijs dignitatibus: multis senatoribus, uel pauperibus sine crimine, dignitates Tribunitias Aedilitiasque concessit: nec quenquam in ordinem legit, nisi quem ipse bene scisset. Hoc quoq; senatoribus detulit, ut q̄ties de eorū capite esset iudicandū

iudicandum, secreto pertractaret, atq; ita in publicum prodiret, nec pateretur equites Romanos talibus interesse causis. Semper autē cum potuit, interfuit senatui, etiā si nihil esset referendum, si Romæ fuit, si uero aliquid referre uoluit, etiā de Campania ipse uenit, comitijs præterea etiam usq; ad noctem frequenter interfuit: neq; unquam recessit de curia, nisi consul dixisset, nihil uos moramur patres conscripti: Sin autem, appellationibus à consule factis, iudicem dedit. Iudiciariæ rei singularem diligentiam adhibuit. Fastis, dies iudiciarios addidit, ita ut ducentos triginta dies annuos, rebus agendis, litibusq; disceptandis constitueret. Prætorē tutelarē primus fecit

Sin autē,
pro fin
minus.

fecit, cum antē tutores à consulis bus poscerentur, ut diligentius de tutoribus tractaretur. De curatoribus uero, cum antē non nisi ex lege Lectoria uel ppter lasciuiā, uel propter clementiam darētur, ita statuit, ut omnes adulti curatores acciperent nō redditis causis. Caut & sumptibus publicis, & calumnijs quadruplatorū intercessit, apposita falsis delatoribus nota. Delationes quibus fiscus augeatur, contempsit. De alimētis publicis multa prudēter inuenit. Curatores multis ciuitatibus, quo latius senatorias tenderet dignitates, à senatu dedit. Italicis ciuitatibus, famis tempore frumentū ex urbe donauit: omniq; frumentariæ rei cōsuluuit. Gladiatoriæ spe/
D Etacula

Forte,
gnauiter

etacula omnifariã tēperauit. Tēperauit etiã scenicas donationes, iubens ut quinós aureos scenici acciperent: ita tamē ut nullus editor decem aureos egrederetur. vias etiã urbis atq; itinerum diligētissime curauit. Rei frumentariæ grauiter prouidit. Datis iuridicis Italiæ consuluit, ad id exemplum quo Hadrianus consulares uiros reddere iura præceperat. Hispanijs exhaustis Italica allectione, cōtra Traiani præcepta, uerecūde consuluit. Leges etiã addidit de uicesima hæreditatum, de tutelis liberorū, de bonis maternis, & item de filiorū successiōibus pro parte materna, utq; senatores peregriniquartam partem in Italia possiderent. Dedit præterea

curatoribus

curatoribus regionum ac uiarum potestatem, ut uel punirent, uel ad præfectū urbi puniendos remitterēt, eos qui ultra uectigalia quicq; ab aliquo exigessent. Ius autē magis uetus restituit, quàm nouū fecit. Habuit secum præfectos, quorum & autoritate & periculo sēper iura dictauit. Vfus autem est Sceuola præcipue iuris perito. Cum populo autem non aliter egit, quàm est actum sub ciuitate libera. Fuitq; per omnia moderatissimus in hominibus deterrēdis à malo, inuitandis ad bona, remunerandis copia, indulgentia liberandis: fecitq; ex malis bonos ex bonis optimos: moderate etiã cauillationes nonnullorum ferens. Nam cum quen-

dam

dam Veterasinum famæ detestã
 dæ honorem petentem moneret,
 ut se ab opinionibus populi uen=
 dicaret, & ille contrà respōdisset,
 multos qui secum in arena pu=
 gnassent se prætores uidere, patiē=
 ter tulit: Ac ne in quenquam faci=
 le uindicaret, prætorem quoque
 dum pessime egerat, non abdica=
 re se prætura iussit, sed collegæ
 iurisdictionem mādauit. Fisco in
 causis compendij nunquam iudi=
 cans fauit: sanè quamuis esset cō/
 stans, erat etiã uerecūdus, postea=
 quam autem à Syria uictor redijt
 frater, patris patriæ nomen ambo=
 bus decretum est, cū se Marcus
 absente Vero, erga omnes sena=
 tores atq; homines moderatissi=
 me gessisset. Corona præterea ci=
 uica

uica oblata est ambobus: petijtq;
 L. ut secum Marcus triūpharet.
 Petijt præterea L. ut filij Marci
 Cæsares appellarentur. Sed Mar=
 cus tanta fuit moderatione, ut cū
 simul triumphasset, tamen post
 mortem, Lucium tantū Germa=
 nicum se uocaret, quod sibi bello
 proprio pepererat. In triūpho au=
 tem liberos Marci utriusq; sexus
 secum uexerunt: ita tamen, ut &
 puellas uirgines ueherent. Ludos
 etiam ob triūphū decretos spe=
 ctauerūt habitu triumphali. Inter
 cætera pietatis eius hæc quoque
 moderatio prædicanda est: Funā=
 bulis post puerorum lapsum cul=
 citras subijci iussit: unde hodieq;
 rete prætenditur. Dum Parthicū
 bellum geritur, natum est Mar/

comānicum, quod diu eorum qui
 aderant arte suspensum est, ut fi-
 nito iam orientali bello Marco-
 mannicum agi posset. Et cum fa-
 mis tēpore populo insinuasset de
 bello, fratre post quinquenniū re-
 uerso, in senatu egit, ambos neces-
 sarios dicēs bello Germanico im-
 peratores. Tanta autem timor
 belli Marcomānici fuit, ut undi-
 que sacerdotes Antoninus acciue-
 rit, peregrinos ritus impleuerit,
 Romam omni genere lustrauerit.
 Retardatusq; bellica profectioe,
 sic celebrauit & Romano ritu le-
 ctisternia per septem dies. Tanta
 autem pestilentia fuit, ut uehicu-
 lis cadauera sint exportata ferra-
 cisq;. Tūc autē Antonini leges se-
 peliēdi, sepulchrorūq; asperrima
 sanxerunt:

Insinua-
 re, pro si-
 gnificare

Implere
 ritus.

sanxerunt: quandoquidē cauerūt,
 ut si quis uellet, fabricaret sepul-
 chrum: quod hodieq; seruatur. Et
 multa quidem milia pestilētia cō-
 sumpsit, multosq; ex proceribus:
 quorum amplissimis, Antoninus
 statuas collocauit. Tantaq; clemē-
 tia fuit, ut & sumptu publico, uul-
 garia funera iuberet efferrī, & ua-
 no cuidam, qui diripiendæ urbis
 occasionem cum quibusdam cō-
 scijs requirens, de caprifici arbore
 in campo Martio concionabun-
 dus, ignem de cælo lapsurum, si-
 nemq; mundi affore diceret, si ip-
 se lapsus ex arbore in ciconiā uer-
 teretur, cum statuto tempore de-
 cidisset, atque ex sinu ciconiam
 emisisset, perducto ad se atque
 confesso, ueniam daret.

D 4 Profecti

Profecti tamen sunt paludati ambo imperatores, Parthis & Marcomannis cuncta turbantibus, alijs etiam gentibus, quæ pulsæ à superioribus Barbaris fugerant, nisi reciperentur bellum inferentibus. Nec parum profuit ista profectio, cum Aquileiam usque uenissent. Nam plerique reges & cum populis suis se retraxerunt, & tumultus autores interemerunt. Quadi autem amisso rege suo, non prius se confirmaturos eum qui erat creatus, dicebant, quam id nostris placuisset imperatoribus. Lucius tamen inuitus profectus est, cum plerique ad legatos imperatorum mitterent, defectionis ueniam postulantes. Et Lucius quidem quod admissus esset praefectus praetorio, Furius Victorinus,

Victorinus, ut quæ pars exercitus interisset, redeundum esse censebat. Marcus autem fingere Barbaros existimans, & fugam & cetera quæ securitatem bellicam ostenderent, ob hoc ne tanti apparatus mole premeretur, instandum esse dicebat. Denique transcessis alpibus longius processerunt, composueruntque omnia, quæ ad munimen Italiae atque Illyrici pertinebant. Placuit autem urgente Lucio, ut praemissis ad senatum literis, Lucius Romam rediret. Via quoque posteaquam iter ingressi sunt, sedens cum fratre in uiculo Lucius, aplexia arreptus, perijt. Fuit autem consuetudo Marco, ut in Circensium spectaculo legeret, audiretque ac subscriberet. Ex quo quidem

Ita Caesar uocabat inter spectandum epistolia, libellus legendis, et reuocabulis, contra Augustus. Suetonius in Augusto cap. 46.

ſæpe iocis propularibus dicitur la-
ceſſitus. Multum fanè potuerunt
liberti ſub Marco & Vero, Gemi-
nas & Agaclytus. Tantæ autem
ſanctitatis fuit Marcus, ut Veri
uitia & celauerit, & defenderit: cū
ei uehemētiffime diſplicerēt: mor-
tuumq; eum diuum appellauerit:
Amitasq; eius & ſorores, honori-
bus & ſalarijs decretis, ſubleuau-
erit, atq; prouexerit, ſacrisq; eum
plurimis honorauerit: flaminē &
Antonianos ſodales, & omnes ho-
nores, qui diuis habentur, eidē de-
dicauit. Nemo eſt principum quē
non grauis fama perſtringat, uſq;
adeo, ut etiam Marcus in ſermo-
nem uenerit, quod Verū uel ue-
neno ita ſuſtulerit, ut parte cultri
ueneno liſa, uuluam inciderit, ue-

nenatam

Sodales
collegia
tici.

nenatam partem fratri edendam
propinans, & ſibi innoxia refer-
uas, uel certe per medicū Poſidip-
pum, qui ei ſanguinem intēpeſti-
ue dicitur emiſiſſe. Caſſius poſt
mortem Veri à Marco deſciuit.
Nam in ſuos tanta fuit benigni-
tate Marcus, ut cū in omnes pro-
pinquos cuncta honoris ornamē-
ta contulerit, tum in filiū Cōmo-
dum, & quidem ſceleſtū atq; im-
purū, cito nomē cæſaris, & mox
ſacerdotium, ſtatimq; nomen im-
peratoris ac triūphi participatio-
nem & cōſulatum: Quo quidem
tempore ſine imperatoris filio ad
triūphalē currū in circo pedes cu-
currit. Poſt Veri obitum, Marcus
Antoninus ſolus rempubl. tenuit,
multo melior & feracior ad
uirtutes

uirtutes : quippe qui nullis Veri iam impediretur, aut simulatis calidæ feueritatis, quo ille ingenito uitio laborabat, erroribus: aut his quibus præcipue displicebat Marco Antonino iam inde à primo ætatis suæ tempore, uel institutis mentis prauæ, uel moribus. Erat enim ipse tantæ tranquillitatis, ut uultum nunquam mutauerit mœrore uel gaudio, philosophiæ deditus stoicæ, quã & per optimos quosque magistros acceperat, & undique ipse collegerat. Nam & Hadrianus hunc eundem successorem parauerat, nisi & ætas puerilis obstitisset. Quod quidem apparet ex eo, quod generum Pio hunc eundem delegit, ut ad eum dignum utpote uirū quancūq; Romanū

Romanum perueniret imperium. Ergo prouincias post hæc ingenti moderatione ac benignitate tractauit. Contra Germanos res feliciter gessit. Speciale ipse bellum Marcomannicū, sed quanta nulla unquam memoria fuit, tum uirtute, tum etiam felicitate transegit, & eo quidem tempore, quo pestilentia grauis multa milia & popularium & militū interemerat. Pannonias ergo Marcomannis, Sarmatis, Vandalis, simul etiam Quadis extinctis, seruitio liberauit: & Romæ cum Cōmodo, quē iam Cæsarem fecerat, filio ut diximus suo, triūphauit. Cum autem ad hoc bellū, omne ærarium exhausisset suum, neque in animum induceret, ut extra ordinem prouincialibus

Reposito-
rium.

uincialibus aliquid imperaret, in foro diui Traiani auctionem ornamentorum imperialium fecit, uendiditq; aurea pocula & cry-
stallina & myrrhina: Vasa etiam regia & uestem uxoriam, sericā & auratā, gemmasq; etiam quas multas in repostorio sanctiore Hadriani repererat; & per duos quidem menses hæc uēditio celebrata est: tantumq; auri redactum, ut reliquias belli Marcomannici ex sentētia persecutus, postea dedit potestatem emptoribus, ut si quis uellet, empta redderet, atq; aurū recipere sciret licere. Nec molestus ulli fuit, qui uel non reddidit empta, uel reddidit. Tunc uiris claris permisit ut eodem cultu, quo & ipse uel ministerijs similibus con-
uiuia

uiuia exhiberent. In munere autē publico tam magnanimus fuit, ut centū leones una missione simul exhiberet & sagittis interfectos. Cum igitur in amore omniū imperasset, atq; ab alijs modo frater, modo pater, modo filius, ut cuiusque ætas sinebat, & diceretur & amaret, octauodecimo anno imperij sui, sexagesimo & primo uitæ, diē ultimum clausit. Tantusq; illius amor eo die regij funeris claudit, ut nemo illum plangendum censuerit, certis omnibus q; à dijs cōmodatus, ad deos redisset. Deniq; priusq; funus conderetur, ut pleriq; dicunt, q; nunquam antea factū fuerat, neq; postea, senatus populuscq; non diuisis locis, sed in una sede propitium deum dixit.
Hic

Hic sanè uir tātus & talis, ac dijs
 uita & morte coniunctus, filium
 Commodum dereliquit: qui si fe-
 lix fuisset, filium non reliquisset.
 Et parum sanè fuit, quod illi ho-
 nores diuinos omnis ætas, omnis
 sexus, omnis conditio ac dignitas
 dedit, nisi quod etiam sacrilegus
 iudicatus est, qui eius imaginem
 in sua domo non habuit, qui per
 fortunā uel potuit habere uel de-
 buit. Deniq; hodieq; in multis do-
 mibus M. Antonini statuæ confi-
 stunt inter deos penates: nec de-
 fuerūt homines, qui somnijs eum
 multa prædixisse, augurantes fu-
 tura & uera concinuerunt. Vnde
 etiam templum ei constitutū, da-
 ti sacerdotes Antoniniani, & soda-
 les, & flamines, & omnia quæ de
 sacratis

Sodales.

33
 sacratis decreuit antiquitas. Aiunt
 quidam, quod uerisimile uidetur,
 Commodum Antoninum succes-
 sorem illius ac filium non esse de
 eo natum, sed de adulterio: ac talē
 fabellam uulgari sermone conte-
 xunt: Faustina quondam Pij fi-
 liam, Marci uxorem, cū gladiato-
 res transire uidisset, unius ex his
 amore succensam, cū longa ægri-
 tudine laboraret, uiro de amore
 confessam. Quod cum ad Chal-
 dæos Marcus retulisset, illorum
 fuisse consilium, ut occiso gladiato-
 re, sanguine illius sese Faustina sub-
 leuaret, atq; ita cum uiro concum-
 beret. Quod cum esset factum, so-
 lutum quidem amorem, natū ue-
 ro Commodum Gladiatorem esse
 se, non principem: qui mille prope
 E pugnas

pugnans publice populo inspectate gladiatorias imperator exhibuit: ut in uita eius docebit. Quod quidem uerisimile ex eo habetur, quod tam sancti principis filius his moribus fuit, quibus nullus lanista, nullus scenicus, nullus harenarius nullus postremo ex omnium dedecorum ac scelerum colluione concretus. Multi autem ferunt Commodum ex adulterio natum: siquidem Faustina satis constat, apud Caietam condiciones sibi & nauticas & gladiatorias elegisse: de qua cum diceretur Antonino Marco, ut eam repudiaret si non occideret, dixisse fertur, Si uxorem dimittimus, reddamus & dotem. Dos autem quod habebatur, nisi imperium quod ille ab socero uolente Hadriano adoptatus

ptatus acceperat? Tantum sane ualet boni principis uita, sanctitas, tranquillitas, pietas, ut eius fama nullius proximi decoloreret inuidia. Denique Antonino cum suos mores semper teneret, neque alicuius insurrectione mutaretur, non abfuit gladiator filius, uxor infamis: deus usque etiam nunc habetur, ut uobis ipsi sacratissime imperator Diocletiane, & semper uisum est, & uidetur: qui eum inter numina uestra, non ut ceteros, sed specialiter ueneramini, ac saepe dicitis uos uita & clementia tales esse cupere, qualis fuit Marcus, etiam si philosophia nec Plato esse possit, si reuerenti uita: & quidem haec breuiter & congestae. Sub Marco Antonino haec sunt gesta.

Insurrectio.

Hic locus proferendus est de prauitate

Post fratrem primū corpus eius Romam deuectum est, & illatum maiorum sepulchris, diuini honores decreti. Deinde cū gratias ageret senatui quod fratrem cōsecraffet, occulte ostendit omnia bellica consilia sua fuisse, quibus superati sunt Parthi. Addidit præterea quædam, quibus ostendit nunc demū se quasi à principio acturum esse Rempublicam, amoto eo qui remissior uidebatur. Nec aliter Senatus accepit quam Marcus dixerat, ut uideretur gratias agere, quod Verus excessisset uita. Omnibus deinde sororibus & affinibus & libertis, iuris & honoris & pecuniæ plurimum detulit. Erat enim famæ suæ curiosissimus, requirēs ad uerū quid quisque de se diceret,

Ad uerū

emēdans

emendans quæ bene reprehensa uiderentur. Proficiscens ad bellū Germanicum, filiam suam non de curso luctus tempore, grandæuo equitis Romani filio Claudio Pōpeiano dedit, genere Antiochensi nec satis nobili: quem postea bis consulem fecit, cum filia eius Augusta esset & Augustæ filia. Sed has nuptias & Faustina, & ipsa quæ dabatur inuitæ habuerunt. Cum Mauri Hispanias prope omnes uastarent, res per legatos bene gestæ sunt. Et cum per Aegyptum Bucolici milites grauiam multa fecissent, per Auidium Cassum retuli sunt, qui postea tyrannidē arripuit. Sub ipsis profectionis diebus in secessu Prænestino agens, filium nomine Verum Cæsarem

E 3 execto

execto sub aure tubere septēnem
 amisit, quē nō plus quincꝫ diebus
 luxit: cōsolatusqꝫ etiā medicos, a-
 ctibus publicis reddidit. Et quia
 Iudi Iouis opt. max. erant, interpel-
 lari eos publico luctu noluit: iussit
 que ut statuæ tantummodo filio
 mortuo decernerent, & imago au-
 rea Circensibus per pompā feren-
 da, & ut Saliari carmini nomen
 eius infereret. Instāte sane adhuc
 pestilentia, & deorꝫ cultū diligen-
 tissime restituit, & seruos quē ad-
 modum bello Punico factum fue-
 rat, ad militiā parauit, quos uolun-
 tarios exēplo Volonū appellauit.
 Armavit etiā gladiatores, quos ob-
 sequētes appellauit latrones. Etiā
 Dalmatiæ atqꝫ Dardaniæ milites
 fecit, Armavit & Diocmitas: emit
 &

Volones

& Germanorum auxilia contra
 Germanos. Omni præterea diligē-
 tia parauit legiones ad Germani-
 cū & Marcomānicū bellū: & ne
 prouincialibus esset molestus, au-
 ctionem rerū aulicarū, ut diximus
 fecit in foro diui Traiani: in qua
 præter uestes & pocula, & uasa
 aurea, etiā signa cū tabulis ma-
 gnorum artificum uendidit. Mar-
 comannos in ipso transitu Danu-
 bii deleuit, & prædam prouincia-
 libus reddidit. Gentes omnes ab
 Illyrici limine usqꝫ in Galliam cō-
 spirauerant, ut Marcomanni, Va-
 ristæ, Hermunduri, & Quadi, Sue-
 ui, Sarmatæ, Latringes, & Burei,
 Hypali, Peucini, Costoboci.
 Conuictuales Sosibes, Sicobites,
 Rhoxolani, Bastarnæ, Alani.
 E 4 Imminebat

Imminebat & Parthicum bellum
& Britannicum. Magno igitur la-
bore etiam suo, gētes asperrimas
uicit, militibus sese inuitātibus, du-
centibus etiam exercitum legatis
& præfectis prætorio. Accepitq̃
in deditiōem Marcomannos, plu-
rimis in Italiam traductis, semper
sane cum optimatibus, non solum
bellicas res, sed etiam ciuiles prius
quàm faceret aliquid, contulit. De-
niq̃ sententia illius præcipua sem-
per hæc fuit, æquius est, ut ego tot
& talium amicorum consilium se-
quar, quàm ut tot & tales amici,
meam unius uoluntatem sequan-
tur, sane quia durus uidebatur, ex
philosophiæ institutione Marcus
ad militiæ labores atq̃ ad omnē
uitam, grauius carpebatur. Sed
male

*Sipius Lib. iij. cap. vij.
Politicorum.*

male loquentium dictis uel literis
uel sermone respondebat. Et mul-
ti nobiles bello Germanico siue
Marcomannico, imo plurimarū
gentium interierunt: Quibus om-
nibus statuas in foro Vlpio collo-
cauit: Quare amici frequēter sua-
serunt, ut à bellis discederet, Ro-
mam ueniret. Sed ille contempsit,
ac perstitit; nec prius recessit, quā
omnia bella finiret. Prouincias ex
proconsularibus cōsulares, aut ex
consularibus proconsulares, aut
prætorias pro belli necessitate fe-
cit. Res etiam in Sequanis turba-
tas, cēsure & autoritate repressit.
Compositæ res in Hispania quæ
per Lusitaniam turbatæ erant. Fi-
lio commodo accersito ad limirē,
togam uirilem dedit: quare con-
garium

giarium populo diuisit: & eū ante tempus consulē designauit. Si quis unq̄ proscriptus esset à p̄fecto urbi, non libenter accepit. Ipse in largitionibus pecuniæ publicæ, parcissimus fuit, qđ laudi potius datur, q̄ reprehensionī: sed tamen & bonis uiris pecunias dedit, & oppidis labentibus auxiliū tulit. Et tributa uel uectigalia ubi necessitas cogebat remisit. Absens populi ro, uoluptates curari uehementer præcepit per ditissimos editores. Fuit enim populo hic sermo, cum sustulisset ad bellum gladiatores, quod populū sublatis uoluptatibus uellet cogere ad philosophiā: iusserat em̄ ut nēmercioniam impedirēt, tardius Pantomimos exhibere non uotis diebus.

De

De amatis Pantomimis ab uxore fuit sermo, ut superius diximus. Sed hæc omnia per epistolas suas purgauit. Idem Marcus federi in ciuitatibus uetuit in equis siue uehiculis, lauacra mixta submouit. Mores matronarū cōposuit diffluētes. Et iuuenum nobilitū sacra Serapidis à uulgaritate Pelusiæ submouit. Fama fuit sane qđ sub philosophorum specie quidam rē publicā uexarēt & priuatos, quod ille purgauit. Erat mos iste Antonino, ut omnia crimīa minore supplicio quā legibus plecti solent, puniret. Quamuis nonnunquam contra manifestos & grauium criminum reos, inexorabilis permaneret. Capitales causas hominum honestorum ipse cognouit,

&

Sermo, p̄
rumore
seu fabu-
la.

Sermo,

& quidem summa æquitate, ita ut prætorem reprehenderet, qui cito reorū causas audierat: Iuberetq; illum iterum cognoscere, dignitatis eorum interesse dicēs, ut ab eo audiretur, qui pro populo iudicaret. Æquitatem etiā circa captos hostes custodiuit. Infinitos ex gentibus in Romano solo collocauit, fulmen de cælo precibus suis contra hostium machinamentum extorsit, suis pluuia impetrata cum siti laborarent. Voluit Marcomāniam prouinciā, uoluit etiā Sarmatiam facere: & fecisset, nisi Auidius Cassius rebellasset sub eodē in oriente, qui imperatorem se appellauit, ut quidam dicunt, Faustina uolente, quæ de mariti ualitudine desperaret. Alij dicunt emen-

tita

39
tita morte Antonini, Cassium imperatorem se appellasse, cum diuū Marcum appellasset, & Antoninus quidem nō est satis motus de fectione Cassij, nec eius affectus sæui, sed per senatum hostis est iudicatus, bonaq; eius proscrip̄ta per ærarium publicum. Relicto ergo Sarmatico marcomannicoq; bello, contra Cassium profectus est. Romæ turbæ etiā fuerunt, quasi Cassius absente Antonino aduētare: sed Cassius statim interfectus est: caput eius allatum est ad Antoninum, Marcus tamen nō exultauit interfectione Cassij, caputque eius humari iussit. Metianum etiam filium Cassij, cui Alexādrina erat commissa, exercitus occidit: Nā & præfect. præto. sibi fecerat, qui

qui & occisus est. In conscios de-
fectionis uetuit Senatum graui-
ter uindicare: simul petijt ne quis
Senator tempore principatus sui
occideretur, ne eius pollueret im-
perium: Eos etiam qui deportati
fuerat, reuocari iussit, cum paucis
simi centuriones capite essent pu-
niti. Ignouit & ciuitatibus, quae Cas-
sio consenserant: ignouit Antioche-
sibus, qui multa in Marcum pro
Cassio dixerant: quibus & specta-
cula & conuentus publicos tulerat
& omnium concionum genus, con-
tra quos edictum grauissimum mi-
sit. Seditiosos autem eos & oratio
Marci indicat indita a Mario Maxi-
mo, qua ille usus est apud amicos.
Denique noluit Antiochiam uidere,
cum Syriam peteret. Nam nec
Cyprum

Cyprum uoluit uidere, ex qua erat
Cassius. Fuit Alexandriae, clemē-
ter cum ihs agens, postea tamen
Antiochiam uisit. Multa egit cum
regibus, & pacem confirmauit si-
bi occurrentibus cunctis regibus
& legatis Persarum, omnibus or-
ientalibus prouincijs charissimus
fuit. Apud multas, etiam philo-
sophiae uestigia reliquit. Apud
Aegyptios ciuem se egit & phi-
losophum in omnibus studijs,
templis, locis. Et cum multa A-
lexandrini in Cassium dixissent
fausta, tamen omnibus ignouit,
& filiam suam apud eos reli-
quit. Faustina uxorem su-
am in radicibus montis Tau-
ri, in uico Halale exanimatam,
subito morbo, amisit. Petijt
a senatu

à Senatu, ut honores Faustinae
 ædemq; decerneret, laudata eadē,
 cum tamē impuditiæ fama gra-
 uiter laborasset, quæ Antoninus
 uel nesciuit, uel dissimulauit. No-
 uas puellas Faustinianas instituit
 in honorē uxoris mortuæ. Diuam
 etiam Faustina m à senatu appel-
 latam gratulatus est; quam secum
 & in æstiuis habuerat, ut matrem
 Castrorum appellaret. Fecit & co-
 loniam uicum in quo obiit Fau-
 stina, & ædem illi extruxit. Sed
 hæc postea ædes Heliogabalo de-
 dicata est. Ipsum Cassium pro cle-
 mentia occidi passus est, non occi-
 di iussit. Deportatus est Heliodo-
 rus filius Cassij, & alij liberū exi-
 lium acceperunt cum bonorum
 parte. Filij autē Cassij & Aurelius
 mediam

mediā partem acceperunt pater-
 ni patrimonij, & auro atq; argē-
 to adiuti, mulieres autem etiā or-
 namentis, ita ut Alexandria filia
 Cassij & Druncianus gener, libe-
 ram uagādi potestatem haberet,
 commendati amitæ marito. Do-
 luit deniq; Cassium extinctū, di-
 cens, uoluisse se sine senatorio san-
 guine imperium transigere. Oriē-
 talibus rebus ordinatis, Athenis
 fuit, & in Italia Cæreris templum
 adiit; ut se innocentem probaret,
 & sacrarium solum ingressus est.
 Reuertens ad Italiā nauigio, tē-
 pestatem grauissimam passus est.
 Per Brundisium ueniens in Ita-
 liam, togam & ipse sumpsit, & mi-
 lites togatos esse iussit: nec unquā
 sagati fuerunt sub eo milites. Ro-
 mam

mam ut uenit, triūphauit. Exinde Lauinium profectus est. Commodum deinde sibi collegā in tribu/nitiam potestātē iunxit: cōgiariū populo dedit & spectacula mirifica: dein ciuilia multa correxit. Gladiatoriū muneris sumptus modū fecit. Sententia Platonis semper in ore illius fuit, Florere ciuitates, si aut philosophi imperarēt, aut imperatores philosopharentur. Filio suo Brutij præsentis filiam iunxit, nuptijs celebratis exēplo priuatorum. Quare etiam cōgiarium dedit populo. Deinde ad conficiendum bellum conuersus, in administratiōe eius belli obiit, labentibus iā filij moribus ab instituto suo. Triennio bellum potestea cum Marcomānis, Hermū/
duri

duris, Sarmatis, Quadis etiā egit: & si anno uno superfuisset, pro uincias ex his fecisset. Ante biduū quā expirasset, admissis amicis, dicitur ostendisse sententiam de filio eandem, quā Philippus de Alexandro, cum de hoc male sentiret, addens minime se ægre ferre, filium superstitem relinquens. Nam iam Commodus turpem se & cruentum ostētabat. Mors autem talis fuit: Cum ægrotare coepisset, filium aduocauit, atq; ab eo primū petit, ut belli reliquias non contemneret, ne uideretur rēpub. prodere: & cum filius ei respōdisset, cupere se primum sanitatem, ut uellet, permisit, petens tamē, ut expectaret paucos dies, aut simul proficisceretur. Deinde abstinuit

cibo potuq; mori cupiēs, auxitq;
 morbum. Sexta die uocatis ami-
 cis, & ridens res humanas, mortē
 autem contemnens, ad amicos di-
 xit: Quid me fletis, & non magis
 de pestilentia & communi morte
 cogitatis? Et cum illi uellent rece-
 dere, ingemiscens ait: Si iam me
 dimittitis, uale uobis dico, uos p̄-
 cedens. Et cum ab eo quæreretur,
 cui filium cōmendaret, ille respō-
 dit, Vobis, si dignus fuerit & dñs
 immortalibus. Exercitus cognita
 mala ualitudine uehementissime
 dolebant, quia illum unice amaue-
 runt. Septimo die grauatus est, &
 solum filiū admisit: quem statim
 dimisit, ne in eum morbus transi-
 ret. Dimisso filio, caput operuit
 quasi uolens dormire, sed nocte
 animam

animam efflauit. Fertur illū mori
 uoluisse, cum filiū talem uideret
 futurum, qualis extitit post eius
 mortem, ne ut ipse dicebat simi-
 lis Neroni, Caligulæ & Domitia-
 no esset. Crimini ei datum est qd̄
 adulteros uxoris, pmouerit, Ter-
 tullum & Vtilium et Orphitum
 & Moderatū ad uarios honores,
 cum Tertullum etiam prandentē
 cum uxore deprehēderit: de quo
 mimus in scena præsentē Antoni-
 no dixit, cū stupidus nomen adul-
 teri uxoris à seruo quæreret, & il-
 le diceret, Tertullus: & adhuc stu-
 pidus quæreret, respōdit ille, iam
 tibi dixi, Tertullus dicitur. Et de
 hoc quidem multa populus, mul-
 ta etiam alij dixerunt, patientiam
 Antonini incusātes. Ante tempus

Patientia.
 pro leni-
 tate.

fane mortis priuſq̄ ad bellū Mar
comanicum rediret, in Capitolio
iurauit nullum ſenatorem ſe ſciē-
te occiſum, cum etiam rebelles di-
xerit ſe ſeruaturum fuiſſe, ſi ſciſ-
ſet . Nihil enim magis & timuit
& deprecatus eſt, quàm auaritiæ
ſamam: de qua ſe multis epiſtolis
purgat. Dederunt & uitio , quod
ei uictus fuiſſet nec tam ſimplex,
quàm uideretur, aut quā uel Pius
uel Verus fuiſſet. Dederūt etiam
crimini quod aulicam arrogantiam
confirmauerit, ſubmouendo ami-
cos à ſocietate communi & à cō-
uiujs. Parentibus cōſecrationem
decreuit. Amicos parētum etiam
mortuos ſtatuis ornauit . Suffra-
gatoribus non cito credidit , ſed
ſemp̄ diu quæſiuit quod erat ue/
rum.

Fortaſſ.
effectus,
legendū.

rum. Eniſa eſt Fabia, ut Fauſtina
mortua, in eius matrimonium
coiret : ſed ille concubinam
ſibi aſciuit procuratoris
uxoris ſuæ filiam , ne
tot liberis ſuperdu-
ceret nouercam.



μήτ' ἔμοι' μέλι μήτε μέλιττα.



Nocet empty dolore voluptas.

